Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

es michi nimis amara aceto namque [illegible] sitim meam potasti
et lancea perforasti latus salvatori tuo. Item diaconi. Agyos otheos.
Chor. Sanctus deus. Tunc presbyteri revenient elevent crucem et
discooperiant idest denudent illam cantes mitim. Ecce lignum
crucis in quo salus mundi pepen dit venite adore mus. V. Be
+ in via ati immaculati qui ambulant in lege domini. Ecce lignum. Tunc adoret
crux et mitim cantentur subsequentes antiphone et versus.
A. Dum fabricator mundi mortis supplicium pateretur in cruce
clamans vo ce magna tradidit spi ritum et ecce
velum templi divi sum est monumenta aperta sunt terremotus
e nim factus est magnus quia mortem filii dei clamabat
mundus se sustinere non posse aperto ergo lancea militis latere cruci
fixi domini exi vit san guis et aqua in redemptionem nostre salu
tis no stre. A. O admirabile precium
cuius pon dere capti vitas redempta est mundi tartarea con
fracta sunt claustra inferni aperta est no bis ianua reg
ni. V. Crux fidelis inter omnes arbor
una nobilis nulla silva talem profert fronde flore germine. Dulce
lignum dulces clavos dulce pondus sustinet. Chor. Crux fid. V. Pange
lingua gloriosi prelium certaminis et super crucis tropheum dic tri
umphum nobilem qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. Dul
ce. V. De parentis prothoplasti fraude factor condolens quando pomi
noxialis morsu in mortem corruit ipse lignum tunc notavit damp
na ligni ut solveret. Crux. V. Hoc opus nostre salutis ordo depo
poscerat multiformis proditoris ars ut artem falleret et medelam
ferret inde hostis unde leserat. Dulce. V. Quando venit ergo sa
cri plenitudo temporis missus est ab arce patris natus orbis condi